

CXV (1) *Capitulum super peregrinis.*

Preterea statuimus quod naues que de || partibus Sy- A.243*
 rie cum peregrinis exiuerint, debeant exire et collare
 secundum quod patroni ipsarum nauium fuerint | in con- Q. 106
 cordia et pacto cum eisdem peregrinis, nisi remaneret
 iusto impedimento temporis. Et patroni nauium tenean-
 tur se presentare et iurare coram baiulo Acconis (2), uel
 rectore nostro qui ibidem fuerit pro tempore, sub pena
 totius medietatis nauli quod receperint (3) a peregrinis,
 quod legaliter et bona fide portabunt et conducent pe-
 regrinos suarum nauium ubi ire debent prout cum eis
 ordinauerint et pactum fecerint, et quod personas et res
 eorum saluabunt et custodient. Et si acciderit illos ap-
 plicare in aliqua terra uel loco Romanie, aut in alia terra
 uel parte, et tres partes ipsorum peregrinorum uoluerint
 exire de nauī || et ire uiam suam, et quarta pars uo- A. 244
 luerit ire uiaticum suum, patroni nauium teneantur eos
 conducere et portare secundum eorum pactum et con-
 uencionem tamquam (4) omnes peregrini essent in nauī.
 Et si in nauī remanserit minus de quarta parte peregrinorum,
 aut patroni portent eos et conducant ad locum
 pro ut conuenerunt cum ipsis peregrinis, uel reddant (5)
 eis et restituant totum naulum quod ab eis receperunt.
 Si quis uero patronus predicta uel aliquid predictorum
 non obseruauerit, nostro comuni soluere teneatur (6)
 soldos uiginti uenecianorum paruorum (7) pro unoquo-
 que milliaro de quanto nauis fuerit extimata; quam pe-
 nam nos et nostrum consilium (8) exigere teneamur. Et
 hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis (9)
 mili||ariis et inde supra. A.244*

St. Tiep. C. 5.

Var. in Q. (1) CXXVII. — (2) ac comite — (3) reperint — (5) tan-
 quam — (5) redant — (6) pro pena *aggiunto*. — (7) XX uenec. parui
 — (8) consilium — (9) CC